

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Societas u  
cum fonte primo

Conuictor delicatus paulatim eneruat  
et emollit.

Necesse est aut imiteris aut oderis;  
utrumque autem deuitandum est  
ne aut similis malis fias quia multi sunt,  
ne uel inimicus multis quia dissimiles  
sunt.

Cum his conuersare qui te meliorem  
facturi sunt, illos admitte quos tu potes  
facere meliores.

Seneca ibidem (in epistola).

Unum exemplum luxuriae aut avaritiae  
multum mali facit:

convictor delicatus paulatim enervat  
et mollit,  
vicinus dives cupiditatem irritat,  
malignus comes quamvis candido et  
simplici rubiginem suam adfricuit: quid  
tu accidere his moribus credis in quos  
publice factus est impetus?

Necesse est aut imiteris aut oderis.  
Utrumque autem deuitandum est:  
neve similis malis fias, quia multi sunt,  
neve inimicus multis, quia dissimiles  
sunt.

Recede in te ipse quantum potes;  
cum his versare qui te meliorem  
facturi sunt, illos admitte quos tu potes  
facere meliores.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 7, 7-8 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.13, ll.10-20).